L*Audem* P*atroni*, *laudem quoq́*, S*tarere*, *mereris:*
*Nam grates illis ſolvis, agisq́ Deo.*
*Dum tua divulgas ſacra hæc* meletemata. *Rectè*
Laus ſua danda Deo, laus ſua danda Bonis.

*JACOBUS VVELLERUS*, Doctor.

---

ANſer alebatur cum Cygno, tempore quodam,
Hicce Voluptati, pinguis at Ille gulæ.
Quilibet ut tandem ſua proderet: arripit hoſpes
Pro Ganza Cygnum deficiente die,
Intendens ferrô letalia vulnera collo;
Gutture flexibili tunc modulatur Olor.
Errorem agnoſcens Nutritor, Me edocet auris,
Inſit, quod Tu ſis de meliore ſono.
Quid valeas? Starckl, Tu qui ſis? Cygnus an Anſer?
Auritus Lector Teſtis ubiq; cluet!

SPiritus eſt DEUS, & Noſtri pars, Spiritus audit,
Optima: Spiritibus gaudet Uterq; bonis.
Hinc bene Spiraſti ſpirantia Nablia ſcriptis,
Atq; diu ut ſpires, ſpirat amore

PYRUS!

DEr Starcken Orgelſchall muß deiner Feder weichen/
Mein Starck/ weil dieſe kan ſtarck jene rauſſer ſtreichen:
Dein ſtarckes Lob bring' ich hier nicht in engen Raum
Dem Nahmen nach zwar Starck/ im werck doch ſchwacher

BAUM!

---

E*St sacra Turba sonus sacrô dum manat ab ære,*
*Intrat quæ Templum conglomerata sacrum;*
*Pectore ſed ſacrô quod manat ab ore Miniſtri*
*Quæ condit ſacri Turba beata foret.*

 Nam